


1522. v = 23.

Sigismundus I. Rex Poloniae
Oratori Hungaro.

Reverende Devote nobis Dilecte.

In negotio Episcopatum Plocensis
et Przemysliensis quod ut istic curares
a te postulavimus, binas tuas literas ac-
cepimus, quarum alteris refers te ad
literas Pontificias, ex quibus nihil pro
voto cognovimus, alterius item literas
Reverendissimi Domini Cardinalis Prote-
ctoris Nostri, quas non habuimus alle-
gas, unde indies magis in ipso nego-
tio incerti reddimur. Quae res molestior
est nobis quam dici possit, nihilque no-
bis magis praeter spem accidere potuit,
quam cum Nos, et Sanctissimus Dominus
Nepos Noster unum simus, et illius Maje-
statis negotia non secus istic Roma,
quam Vostra propria per Oratores no-
stros curabantur. Nunc istud negotium
Nostrum talibus involveris et ambagi-
bus tractari. Et proinde postulamus
a te, ut nobis tandem aperte scribas
quid agatur in ipso negotio, nam non
dubium est, quin summus Pontifex, cum
ita res succedit parvi faciat postulata
Nostra justissima, aliudque facere in
hoc ipso negotio, quam quod nos volu-
mus, aut ferre possumus contendat, de
quo quidquid id sit, vellemus quampri-
mum certiones fieri, ut rebus no-

stris



stris opportuno modo prospiciamus. Nam
quicquid illius Sanctitas tam de Episco:
patibus, quam etiam Sacerdotijs aliter
disponere velit, quam nos constitueri:
mus, et illius Sanctitati Declaravi:
mus nos id nullo pacto admitteremus
et licet Sanctitas sua, ut scribis de
sua sententia, quam semel concepit
non facile Decedat, tamen et nos de
justicia et Dignitate nostra nulli hac
tenus gratia Dei cessimus neque ces:
suros nos ipso Deo juvante confidi:
mus. Dattum. ∞